ſcorias à parte lucida, quæ dicitur Hepar Antimonii propter colorem Hepati haud abſimilem.

Vinum Emeticum ut paretur, infundatur ℥j. hujus hepatis antimonii pulveriſati in boni vini albi ℔ii. per quatuor & viginti horas; hinc requieſcere permittatur.

Datur hoc vinum ab unica dimidia ad ℥iii. *Vid. corp. ph. p. 280. a.*

D.

Decoctum adſtringens *Minſichti.*

℞. *Rad. Tormentillæ, Serpentariæ,* an. ℥i. *Cydoneor. exſiccat.* ℥vi. *Sem. Lapathi acut. Antheræ roſar.* an. ℥ii. *Herb. urticæ mort.* cum flor. rub. ℥iß. *Nuc. Moſchatæ, Cinamomi acut. Galang. min. Caryoph.* an. ℥i. *Sebeſten.* num. IX.

Coq. l. a. in *aq. Plantaginis* ℔iii. ad tertias, & in colatura clara diſſolve *Camphoræ* ℨi. & ad libitum cum miva Cydoneor. edulcora. *Vid. corp. ph. p. 397. a.*

Decoctum Album *Pharm. Batean.*

℞. *C. C. uſti præp.* ℥ii. *Ab. fontan.* ℔iiii.

Coque ad dimidias, tum coletur citò per linteum rarum cum levi expreſſione, liquori lacteſcenti adde *Syrup. è ſucco arant.* ℥iii. vel q. ſ. ac propina in ſanguinis æſtu.

Decoctum Alterans *Th. Hoffmanni.*

℞. ▽ *fontan. puriſſ.* ℔ XXXII. *Sacchari candi albiſſ.* ℥x. Bulliant leniter & colentur.

℞. Hujus *colaturæ fervent.* ℔ XXIV. Adde *Santal. rubr.* ℥iii. *Fl. roſ. r.* M. j. *Spirit.* ⊖*ol.* ℈ii. *Succi citri* ℥XXIV. Infunde vitro benè clauſo per 6. horas dein colentur & ſerventur pro uſu.

Hoc ſi ante lecti introitum quis uti velit Rec. *Hujus*